globum ambiente, idemque de locis, quibus eadem respondet declinatio alia, v. g. ubi 5. 10. 15. est graduum, similiter valet.

3) Declinatio ista mutabilis est, ac cum temporis decurſu sensibiliter variatur. Nondum autem compertum est, quamnam in mutatione ista observet natura legem. Ignoratur enim hactenus, an curvæ modo dictæ, lento quaſi solummodo motu per terræ superficiem moveantur, sive, an ipsæ hæ lineæ aliam, præter motum progreſsivum patiantur mutationem, ita ut lento gradu, aliam atque aliam acquirant curvaturam.

SLUB
Wir führen Wissen.
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
FREIBERG